



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quomodo in charitate tota lex pendet. [C]

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

*Rom. 13. e
Iacobi. 2. b*

cit cōtra charitatē, qui grauius peccat, minus quī leuius. Nemo enim peccat, nisi aduersus illā faciendo, quā est plenitudo legis. Ideo recte dicitur Qui offenderit in vno, factus est omnium reus, id est, contra charitatem facit, in qua pēdēt omnia.

Repetit de charitate, vt addat quomodo tota lex ex ea pendeat.

Cum duo sint præcepta charitatis, in quibus ut Matth. 22. d

prætaxatum est, tota lex pendet & prophetæ, ad uertēdum est quomodo hoc sit, cum in lege & prophetis multa fuerint ceremonialia mandata, quā

si ad charitatis sanctificationem pertinuissent, vi- derentur nondum debuisse cessare. Quia vero nō iustificationis gratia quam facit charitas, instituta sunt, sed in figura futuri & in onus imposta, i-

deo clarescētē veritatē cessauerunt, velut vmbra. Veruntamen & ipsa ceremonialia secundum spiri-

tualem intellectum quē continent, & omnia mo-

ralia ad charitatem referuntur. Pertinent enim o-

mnia ad decēm mandata in tabulis scripta, ubi o-

mnum summa perstringitur, ex quibus cætera e-

manant: sicut in sermone Dñi octo virtutes præ-

mictuntur, ad quas cætera referuntur. Et sicut ad

decēm mandata decalogi cætera referuntur, ita &

ipsa decēm ad duo mandata charitatis pertinent:

Glos. ord. Ex 6. 55. & 36. l. I. de doctr.

Christian. ad illud. I. ad Timo. I.

Finis præce- pri est cha-

ritas.

Omnia ergo ad duo mandata charitatis pertinēt: quia per charitatem implentur, & ad charitatem tanquam ad finem referri dēbent. Vnde Aug. To-

totam magnitudinem & amplitudinem diuinorum eloquiorum possidet charitas, qua Deum proxi-

mumque diligimus: quā radix est omnium bonorum. Vnde veritas ait, In his duobus mandatis v-

niversa lex pendet & prophetæ. Si ergo non vacat omnes paginas sanctas perscrutari, omnia inuo-

lucra sermonum euoluere, tene charitatem, vbi

pendent omnia: quia perfectio est & finis omniū.

Tunc enim & præcepta & consilia recte fiunt, cum

refor-



referuntur ad diligendum Deum, & proximum *Au. in enc.*
propter Deum. Quod vero timore pœnæ vel ali. *ca. ultimo.*
qua intentio ne carnali sit, ut nō referatur ad cha-
ritatem, nondum sit sicut oportet, quāmuis fieri
videatur. Inimicus enim iustitiae, qui pœnæ timo- *August. de*
re non peccat. Amicus vero iustitiae, qui eius amo- *doct. cap. 1. c.*
re non peccat. Omnia ergo hæc summa est, vt *35. in pr.*
intelligatur legi, & omnium diuinarum scriptura-
rum plenitudo esse dilectionis Dei & proximi.

DE DECEM PRÆCEPTIS, QVOMODO

contineantur in duobus mandatis Charitatis.

DISTINCT. XXXVII. A

Sed iam distributio decalogi: quæ in duobus mā- *Au. ad pr. c.*
datis compleetur, consideranda est. Habet enim *sl. de dece*
Decalogus decē præcepta, quæ sunt decachordum *chor. to. 5.*
Psalteriū Quæ sic sunt distributa, ut tria quæ sunt
in prima tabula, pertineat ad Deum, sc. ad cogni-
tionem, & dilectionem Trinitatis: septem, quæ
sunt in secunda tabula, ad dilectionem proximi.

De primo præcepto. B

Primum, in prima tabula est, Nō habebis Deos
alienos. Non facies tibi sculptile, neq; omnē simili- *Au. q. 71. ll.*
tudinē, &c. Hæc Origenes dicit esse duo mandata, quæ super
sed Aug. vnum: hoc n. ipsum, quod dixerat, Nō ha- *Exo. int. 4.*
bebis Deos alienos perfectius explicat cum prohi- *Exod. 20. a.*
bet coli figmenta, scil. idolum vel similitudinē ali- *Deut. 5. a.*
cuius rei: quæ duo Origenes dicit distare, ut idolū *Or. hō. 8. ad*
sit quod nihil habet simile sui: similitudo vero, *illud* *Exodi. 10.*
q; habet speciē alicuius rei, vt Verbi gratia. Siquis *Non facies*
in auro vel ligno vel alia re faciat speciē serpentis *tibi tomo. x.*
vel avis vel alterius rei, & statuat ad adorandum,
nō idolum sed similitudinem fecit. Qui vero facit
speciē quām non vidit oculus, sed animus sibi fin-
xit: vt si qs humanis mēbris caput canis vel arietis
formet, vel in uno habitu hominis duas facies, nō
similitudinē sed idolum facit: quia facit, quod nō
habet aliquid simile sui. Ideo dicit Apostolus, q; a i-
dolum